UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

31. Considerando, & faciendo sibi Balneum ex Passione Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

oli. Hoc ſanctus Franciſcus de Aſſiſio, hoc
ancta Catharina de Senis, hoc Beata Margarita
: Cortona, Beata Angela de Fulgino, Beata
lara tam Aſſiſias, quàm à Monte Falcone, Be-
a Maria de Oegnies, aliiqui plurimi ſancto-
m, de quibus legimus, peculiari privilegio
dultum eis fuiſſe, non rarò à Chriſto Domi-
o intimum quendam guſtum, ſenſumque ex-
erimentalem Paſſionum & dolorum ſuorum.

MODUS XXXI.

T Rigeſimus primus meditandi Paſſionem Do-
minicam modus eſt: facere ſibi lavacrum
u balneum, atque baptiſmum, ex paſſionibus,
oloribus, ærumnis, vulneribus, atque ſanguine
Eſu Chriſti. Notum eſt, quòd Dominus JE-
s Paſſionem ſuam, baptiſmum ſuum, vocave-
t. *Baptiſmo, inquit, habeo baptiſari, & quomodo* *Marc.10.38.*
arctor uſque dum perficiatur. Paulus quoque
poſtolus nos ablutos eſſe, & ablui in Sanguine *Luc. 12.50.*
hriſti, pronuntiat. Similiter Joannes Evan-
eliſta Electos Dei affirmat laviſſe ſtolas ſuas in
nguine Agni, easque dealbaſſe. Quin & Ja-
ob Patriarcha aſſerit, Chriſtum, *abluturum in* *1. Cor. 6. 1.*
anguine ſtolam ſuam. Beatæ Catharinæ Senen-
legitur dixiſſe Deus, (Sanguinem Chriſti eſſe *Apoc. 7. 14.*
eluti ſalubre balneum, ad abluendas ejus & alio- *Ibid. 22. 14.*
um iniquitates.) De Beato Franciſco, Patriar-
a ſuo ſcribit Divus Bonaventura, eum in more *Gen. 49. 11.*
uotidiano habuiſſe, animam ſuam à quotidianis *inDial.c.126.*
efectibus, ſine quibus hæc vita non vivitur et-
m à ſanctiſſimis, abluere, ſive balneare in ſan-
uine JEſu Chriſti: quod etſi variè ſanctiſſimus
vir

vir præſtare potuerit, non ambigo tamen, id eum potiſſimum ope conſiderationis, & applicationis ad ſeſe Paſſionum & meritorum Chriſti Domini factitaſſe. Quare unicuique devoto Amatori puritatis internæ, ſtudioſoque placendi oculis Majeſtatis Divinæ, accurrere ad Paſſionem Chriſti, ex eaque tanquam ex fonte patente tollere aquas ſalutis, ad ablutionem peccatricis animæ ſuæ licebit.

Gen. 15. 5. I. Aliquando ergo omnia peccata ſua in unam veluti ſarcinam congregans atque colligens: in rubrum Mare Paſſionis ac Sanguinis JEſu Chriſti deſcendet cum omnibus, & ea ibidem tanquam Ægyptios perſecutores ſuos demerget, atque in profundum, quaſi lapidem aut plumbum, eos deſcendere faciet.

4. Reg. 5. 14. II. Aliquando tanquam Naaman Syrus leproſus in Jordanem Paſſionis Chriſti deſcendet, ibi ſepties lavabitur, & lepram deponet vetuſtæ converſationis, induet autem Carnem Innocentiſſimi pueri, hoc eſt, ipſius JEſu Chriſti Hominis-Dei mores.

III. Aliquando peculiares quaslibet noxas ſuas præteritas, aut præſentes aſſumet: & eas mananti Sanguineis rivulis Chriſto ſupponet, immerget, in eisque deterget & abluet. Superbiam & ambitionem ſuam, Sanguini Capitis Chriſti ſpinis horridi immerget. Tepiditatem, negligentiam, & puſillanimitatem ſuam, Triſtitiæ, tædio, mœrori, agoniæ, ſudorique JESU Chriſti intinget. Immundiſſimas inverecundias, voluptuoſitatesque carnis ſuæ, ſanguinolento à flagellis ad columnam JEſu injiciet, & in

Joan. 6. 7. vulneribus illius tanquam in Natatoria Siloë emun-

emundabit. Impatientias ſuas, iras, amaritudines, odia, invidias, perfoſſo clavis, & lanceâ Chriſto, deque Cruce pendulo, atque cruore ſtillanti ſupponet, in iisque fontibus, ab omni malitia & rancore, cor ſuum lavabit. Atque in hunc modum omnibus & ſingulis peccatis ſuis, peccatorumque pœnis, balnea aſſignabit in Paſſione Domini & quidem vel per partes Dominicæ Paſſionis progrediendo, vel certe univerſam ſimul Paſſionem, omnemque Sanguinem, ac omne meritum JEſu Chriſti, huic ablutionis uſui deputando.

IV. Aliquando non ad eluendas tantùm peccatorum maculas atque pœnas, ſed etiam ad ornandam, divinisque conſpectibus & amoribus exhibendam Animam, Paſſionis & Sanguinis, & meritorum Chriſti aquis balneoque utetur. Itaque partim ſeſe totum cum omni ſua interna & externa ſubſtantia, Paſſionibus ac meritis Chriſti immerget: partim ſingulas potentias ſuas, potentiarum actiones, virtutum habitus, & actus, Sanguini Chriſti intinget, eoque decorabit, & pretioſos coram Deo faciet, & quidem tam factos jam, quàm etiam faciendos.

V. Aliquando, quemadmodum Regi Aſſuero, Reginæ ſponſæque ſuæ, unguentis, omnique cultu Regio præparabantur; ſic & homo, Animam ſuam cæleſti Sponſo, per ſanguinis JEſu Chriſti balneum atque unguentum præparabit, veſteque paſſionum ac dolorum, & meritorum ejusdem induet, & omnes unitivos, ſponſalesque affectus ſuos, vulneribus Chriſti, ab ignita ſua charitate ſauciati, conditos, ornatos, & *Eſter. 2. 12.*

pretioſos faciet, ut impleatur in Anima
Apoc. 19.7. ſto illud. *Venerunt nuptiæ Agni, & uxor paravit ſe, & datum eſt illi, ut cooperiat ſplendenti & candido.*

Ita Paſſionis Chriſti balneum ſervi tatori devoto, & ad abluendas ſordes rum, & ad ſublimandos appretiandosque ratus virtutum, & ad conſociandam, gendam, conglutinandamque animam, ſponſam Deo, animarum verò, vero & ſponſo, atque amatori.

MODUS XXXII.

TRigeſimus ſecundus Paſſionem Chri tandi modus eſt: recogitare illam, Beatitudinem Chriſti Domini & ſimul Quia enim Dominus JEſus Beatitudin nivit, atque ſitam eſſe docuit in Paupe ritûs, in Manſuetudine, in luctu, &c. omnia quam maximè eluceſcunt, atque ſto exercita ſunt in Paſſione: ſequitur ne Dominum JEſum fuiſſe beatiſſimum tur etiam noſtram beatitudinem qu mam, ſitam eſſe in Paſſione Chriſti, tatione Paſſionis Chriſti; Eſt autem non de Beatitudine ſimpliciter ſeu Pa conſiſtit in viſione Beatifica Dei: ſed tudine viæ, quæ conſiſtit in Participa ſionis Dominicæ: & eſt medium p Beatitudinem Patriæ, juxta illud Sanc *Certa atque ſecura eſt expectatio promiſſæ nis, ubi eſt Participatio Dominicæ Paſſion*